

satis certus ejus Baptismus, rebaptizari debet sub conditione, quod non erit difficile, si fiant ea, quæ s. seq. nu. 76 circa baptismum conditionate conferendum, facienda esse, dicemus,

S. IV. Infantes expositi, & inventi,

Licet in collo habeant appensum Testimonium, quod baptizati fuerint, si tamen aliud non constet, baptizandi sunt sub conditione. Quod si in Testimonii schedula, sit inscriptum nomen, quod illis in Baptismo induitum est, afferitur, idem nomen ipsis imponatur, & in Libro Baptizatorum diligenter omnia scribantur. Ita apud Gobat cit. numer. 397. Constitutiones Synodales Constantienses, Concilium Mediolanense III. sub S. Carolo Borromeo celebratum, Synodus Cameracensis, statuta Arch-Episcopatus Hispalensis, Episcopatusque Cordubensis. Item Marchantius Belga, Quintanadvennas Hispanus, Author Manualis Parochorum Lotharingi Germanus, Opatius Polonus, & Alziorum novi orbis Ingola. Ratio est: Quia ejusmodi scheda non parit ullo modo certitudinem moralem de collato valide Baptismo, quæ tam in re tam gravis momenti, tamque necessaria requiritur? Cum tales infantes baptizentur sapissime ab ipsomet matribus tegendi sceleris ergo; Matribus, inquam per se Juveniles, & quem nullum infante ante abhuerunt, forte nullum baptizari viderunt, communissime autem baptizant in magna trepidatione, in tembris, & in metu, ne apprehendatur partus. Certe, si Baptismus obstetricum habetur meritum pro dubio, donec ex illarum ore constet, quam materiam adhibuerint, quanto magis ille furtivus? Adde, quod scripturae privatae connotatae sigillo, vel manu scriptoris nulla fides adhibenda sit, nisi in praedictum scriptoris, ut videre est apud Thuscum Verb. Scriptura, atque Autores ab ipso citatos. Pro Coronide hujus sectione & questionis, adjungo alias Regulas ex P. Gobat cit. casu 13. collectas, circa Baptismum conditionate conferendum observandas. Itaque sit.

REGULA I.

Gravis Sacrilegii, atque irregularitatis reus est, qui sciens aliquem esse legitime baptizatum, endem rursum admovet facio fonti. Ita omnes, patetque ex cap. cum itaque de confec. dist. 4. Ubi reiterationem Baptismi S. Leo Papa vocat inexpiabile facinus; tum ex supradictis. E contraria gravis impietatis in Parochianum Reusest Parochus, qui non rebaptizat illum, sciens, eum non esse vere baptizatum. Ita rursum omnes. Sicut quoque ille impius est in seipsum, qui sciens, se non esse ritè baptizatum, non allaborat, ut ritè baptizetur. Sic denuo omnes. Ratio est: quia & Parochus ratione Officii est gravissime obligatus promovere necessaria saluti æternæ suorum Parochianorum, & quilibet obligatur ad procuranda sibi necessaria medii, inter quae est Baptismus reipsea suscepimus, si possit suscipi. Eadem est obligatio Parochi circa suum Parochianum rationabiliter dubitare de valore sui Baptismi; immo quicunque alius, qui ob necessitatem potest baptizatum dubio Baptismo, sub conditione baptizare, tenetur ex charitate id facere in necessitate, & acquiescere voluntati adulti potentis rebaptizationem ob rationabile dubium Gaspar Hurriadi dist. 1. de Bapt. num. 12. & alio de homine dubitante rationabiliter de suo Baptismo, immo etiam probabilitate tantum existimante suum Baptismum fuisse validum, idem est dicendum, quod teneatur procurare rebaptizationem sub conditione juxta supradicta num. 70. Quia currit eadem Ratio: quia in talibus nihil est iterandum, sed causa supplendum, quod in causa fuerat pretermisum cap. 1. de Sacram. non reiterandis. Si vero etiam in priore baptismo fuissent omisæ illæ Cæremonias, ut fieri potest tempore pestis, aut incursionis militaris, tunc repetendas sunt in altero baptismo. Gobat cit. ann. 407. citans Henriquez, Suarez, Coninch, Bonacina, Quintanadvennas. Ratio est: quia in talibus nihil est iterandum, sed causa supplendum, quod in causa fuerat pretermisum cap. 1. de Sacram. non reiterandis. Si vero etiam in priore baptismo fuissent omisæ illæ Cæremonias, ut fieri potest tempore pestis, aut incursionis militaris, tunc repetendas sunt in altero baptismo. Quintanadvennas cit. sing. 18. numer. 42. Denique in cap. de quibus, de Baptismo, & ejus effectu, exprimuntur haec verba: De quibus dubium est, num baptizati fuerint, baptizantur his premissis verbis: Si baptizatus es: non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Nec dubito (att. Gobat num. 411.) quin sit expresse utendum hac forma, quando solemniter rebaptizatur, cuius baptismus est dubius. At etiam imprimis certum est non esse utendum hac conditionali, quando liquet, substantiale defectum intervenisse in priori baptismo. Deinde etiam satis probabile est, sufficere in privata supplicatione dubii baptissimi, si haec conditionalis exprima-

REGULA III.

De illo, qui natus est ex fidelibus Parentibus, & inter 75 Christianos fideliter educatus, & conversatus, tam violenter presumunt quod fuerit baptizatus, ut haec presumptio pro certitudine sit habenda, donec evidenter forsan argumentis contrarium probetur. Ita Innocentius III. c. fin. de Presb. non baptizat. Addit tamen Laynan apud Gobat, nu. 383, nihilominus interdum etiam adulto inter fideles educato conferendum esse Baptismum sub conditione, si tales conjecturæ ad sint (Puta, quia à veneficis parentibus natus est, à diabolo valde infestatur, nec sciri potest ullo indicio, ubi, vel à quo baptizatus fuerit) quæ præsumptionem accepti Baptismi tollant, & contrarium verisimili efficiant. Proinde diuturnæ, & graves infestationes Dæmonis possunt quandoque injicere prudentem suspicioneum, aut metum, ne quis non sit baptizatus, aut non validè baptizatus. Probari id potest variis exemplis illorum, qui postquam fuerunt rebaptizati, obtinuerunt quietem animi, & corporis. Confirmatur iudicio plurimorum, qui quando vident, quenquam diu, multumque infestari modis exortis, solent dicere: Diser Mensch ist gemis nicht ges taufft, Ille Homo certe non est rectè baptizatus. Adde, quod videatur DEUS nonnullis immittere tam potentes fastigations ad vel petendum, vel impetrandum Baptismum, ut viz possint resistere, ut notat Gobat, nu. 384.

REGULA IV.

In casu, quo rebaptizatur adultus, debet hic se ad Baptismum conditionatum ita disponere, sicut ad absolutionis, qui scit se numquam fuisse baptizatum. Interim tamen Baptismus iteratus sub conditione repertendus, potest licet peragi quocunque loco. Quintanadvennas sing. 1. sing. 17. & à quocunque etiam Laico, licet ponamus, posse facile haberi Sacerdotem, aut etiam Parochum, Quintanadvennas ibidem. Nec opus est hic adhibere ullos Patronos, Quintanadvennas cit. sing. 18. Etenim Canonies indicantes, vel etiam exprimentes contrarium non loquuntur nisi de baptismo absoluto: Ergo conditionatus manet sub dispositione meri Juri Divini, quod nihil statut de loco, Ministro, aut Patriis huiusmodi baptissimi. Insuper, quædo in primo baptismo fuerunt usurpatae Cæremonia consuetæ, nequaquam opus est eas iterare in altero baptismo. Gobat cit. ann. 407. citans Henriquez, Suarez, Coninch, Bonacina, Quintanadvennas. Ratio est: quia in talibus nihil est iterandum, sed causa supplendum, quod in causa fuerat pretermisum cap. 1. de Sacram. non reiterandis. Si vero etiam in priore baptismo fuissent omisæ illæ Cæremonias, ut fieri potest tempore pestis, aut incursionis militaris, tunc repetendas sunt in altero baptismo. Quintanadvennas cit. sing. 18. numer. 42. Denique in cap. de quibus, de Baptismo, & ejus effectu, exprimuntur haec verba: De quibus dubium est, num baptizati fuerint, baptizantur his premissis verbis: Si baptizatus es: non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Nec dubito (att. Gobat num. 411.) quin sit expresse utendum hac forma, quando solemniter rebaptizatur, cuius baptismus est dubius. At etiam imprimis certum est non esse utendum hac conditionali, quando liquet, substantiale defectum intervenisse in priori baptismo.

REGULA II.

Non solum est grande crimen, temere rebaptizare si ne conditione, sed etiam rebaptizare itidem temere sub conditione. Soror, Vazquez, Suarez, & plerique apud Gobat num. 378. Ratio est: cum quia iteratione Baptismi permittitur à sacris Canonibus solum in dubio rationabilis,

Cap. I. Sect. III. De Bapt. Necessitate &c.

& quando non dubitatur rationabiliter, tunc addita conditione habetur pro non addita. Tum quia iteratio Sacramenti facta ex inani dubio, levique scrupulo, est quædam irrisio Sacramenti, ideoque peccatum grave. Bonacina dist. 1. de Sacram. qu. 2. punt. 2. n. 36. Post Valentianum, Coninch, atque alios. Hinc graviter delinqunt, qui oblevia, ridiculaque dubia petunt se, vel suos rursum ablui sub conditione. Nihilominus Doctores communiter, & reflexè monent, quando occurrit dubium circa licitam, aut præceptam iterationem Baptismi, esse semper magis inclinandum in iterationem Sacramenti. Rationem à priori, quam postea plures amplexi sunt, adfert Vazquez, dist. 155. cap. 3. nu. 40. hanc: Cum Sacramentum institutum sit in hominum utilitatem, potius habenda est ratio necessitatis fratri, quæm reverentæ debita Sacramento. Item DD. communiter monent, ut quando occurrit casus particularis, & exortor controvergia, num sit reiterandus Baptismus, nec ne, Parochus non ferat sententiam, nisi consulto auctor superiori, si conveniri queat, aut uno, aetere viro docto, & sapiente.

Quæres: Quid faciendum Sacerdoti, Religioso, conjugi, si dubitent de valore sui Baptismi?

Resp. I. Sacerdos dubitans, an sit baptizatus, utique tenetur procurare sibi de novo Baptismum, de quo non est dubium, & de se patet; Deinde tenetur etiam curare, ut reordinetur non tantum Ordine Sacerdotio, sed etiam inferioribus, uti patet ex cap. veniens de Presb. non baptizato. Non tamen talis Sacerdos, si audivit confessiones, & non est certus de invaliditate sui Baptismi, sed tantum dubius, tenetur cum suo gravi incommodo procurare iterationem factarum sibi confessionum; Ita Gobat cit. nu. 439. Quia talis Confessarius putatius de nomine, ut suppono, tuorum penitentium dubitum, quin hic alteri Confessario sit confessus, vel confessus alia peccata, cum quibus proinde indirecta remissa sint, quæ ipse audivit. Si vero Sacerdos certus foret de invaliditate sui Baptismi, tunc utique per se loquendo tenetur procurare, ut quos auditivit confessores mortalia; si eadem vel sibi, vel alteri confiteantur, & tales ipsius penitentium tenentur peccata ipsi confessi, si fuerint mortalia, adhuc semel alteri confessori; quia omnes ipsius absolutiones, Confessiones, extremarum undictionum administrationes, & (si fuisset infiper Episcopus) Confirmationem, & Ordinum collationes fuerint invalidæ; quia ob defectum Baptismi non fuit validus Sacerdos, aut Episcopus, consequenter etiam omnes tales Confirmations, & Ordines reitari debent. Matrimonia tamen, quibus talis non baptizatus Parochus astigit, valida erunt; modò per communem errorem habitus sit pro vero Parochio, aut Sacerdote. Bonacina de Marrimon. quæst. 2. punt. 8. numer. 30. Quintanadvennas, Gobat numer. 444. Ratio est: Quia quæ sunt iure divino, vel naturali statuta, & requisita ad valorem actus cuiuscumque, eorum defectus, quantumvis inculpabilis non potest suppliri ab Ecclesia: nec enim haec ostensum est, Salvatorem impetrare suis Vicariis hand potestatem. At potest, & solet à Principe Ecclesiastico, & civili superpleri defectus solemnitas inducere solo iure humano, & in hoc, vel illo eventu præterit cum errore communis. Sicut ex non minus clara, quæm decantat Leg. Barbarius, ff. de Offic. Pretor. tradunt in variis materia Theologis morales. Quod spectat ad satisfactionem pro Missis celebratis à tali Sacerdote dubitante, videtur inihi, (att. Gobat numer. 441. circa finem,) omnino improbabile, debuisse, aut potuisse injungi restituere; quippe quæ non est necessaria facienda, seu imperata in dubio, quædum vel maximè hic locum habet Regula, & Axioma de meliore conditione possidentis sua bona, statimque libertatem. De hac re vide plura apud Gobat cit. Mihi non vacat omnia tibi exhibere.

78 Refp. II. Religiosus si certè deprehendatur fuisse vel pertus non baptizatus, vel baptizatus cum defectu substanciali potest petere dimissionem e Religione. Ratio est: Quia professio talis hominis utpote non baptizatus, nec Christiani fuit invalida. Si vero sit tantum dubium de Baptismo, tenetur quidem rebaptizare sub conditione; at non potest deserere Religionem. Ratio est: Quia possessor haec fidei non potest re sua acquista, optima fide, spoliari propter dubium superveniens, Religio autem optimæ fidei, ut supponitur, nostra est possessionem talis Religiosi dubitantis: Ergo talis Religiosus nequit deserere Religionem, sed tenetur recepto Baptismo ratificare suam professionem. Quintanadvennas apud Gobat cit. nu. 461. Religio quippe, in qua vivit, potest jure hoc exigere ab illo. De valore contradictionum, suffragiorum, Licentiarum, & similium, quæ fecit, aut dedit, non est dubitandi locus propriæ Doctrinæ num. præced. traditam de Parochio non baptizato assistente Matrimonii, in quantum scilicet valor talium pendent à voluntate, potestate que humana.

79 Refp. III. Si conjux certò conperiat, suum Baptismum fuisse nullum, cadit in eam illud Apostoli 1. Corinth. 7. liberata est (à Lege viri) cui vult, nubat, tantum in Domino; Suppl. Theol. Sacramental.

Erenim defectum Baptismi esse impedimentum dirimens Matrimonii cum baptizato, constat ex cap. Cave 2.8. qu. 1. Si vero non sit moraliter certum, Baptismum fuisse nullum, tenetur permanere in coniugio, ac præstare officia conjugalia omnia. Quintanadvennas sing. trist. 1. sing. 9. num. 2. Probatur ex generali Doctrina de dubiis supervenientibus Matrimonio inito bona fide, quam tradunt Sanchez lib. 2. de matrim. dist. 41. & seqq. Sporer de matrim. Alique Auctores differentes de Matrimonio.

SECTO III.

De necessitate, effectu, Ceremoniis, & Patrino Baptismi.

QUÆSTIO I.

De Necessitate Baptismi.

SUMMARIUM.

- 81 Baptismus est ad salutem necessarius;
82 Parvulis quidem necessitate mediæ, in Re,
83 Adultis vero in Re, vel in voto;
84 Ac etiam necessitate præcepti.
85 An sit præceptum naturale, vel Divinum, vel Ecclesiasticum baptizandi parvulos.

ASSERTIO I.

Baptismus est ad salutem necessarius, 80 extra casum Martyrii: est in Re necessarius necessitate mediæ ad salutem; Adultis vero in Re, vel in voto, quibus etiam necessarius est necessitate præcepti. Communissima, immo certa DD. Sententia.

S. I. Baptismus est ad Salutem necessarius.

81 Et de fide, ex Concilio Trident. sess. 7. can. 5. de baptismo, definiens: si quis dixerit, baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, Anathema sit. Idem que definiens ante Concilium Florentinum in Decreto de Armenis dicens; Ni ex aqua, & Spiritu sancto renascimur, non possumus (ut inquit veritas) in Regnum Celorum intrare. Idem patet ex verbis Christi Joan. 3. quæ mox ex Florentino retulimus, quæ licet varie torqueant heretici, falsam tamen esse eorum detractionem, & explicationem, definitivum Concilium Trident. cit. Can. 2. dicens: si quis dixerit, aquam veram, & naturalem non esse de necessitate baptizandi, atque ideo verba illa Domini nostri IESU Christi: Ni quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto; ad Metaphoram aliquam detorserit, anathema sit.

S. II. Et parvulis quidem necessitate mediæ, in Re.

Dplex hic considerari potest necessitas Mediæ, videlicet, & præcepti. Necessitate Mediæ censetur aliquid esse necessarium: quo prætermisso scilicet, vel ignorantem, vel ob improbitatem, falso namē ostensum est, Salvatorem impetrare suis Vicariis hand potestatem. At potest, & solet à Principe Ecclesiastico, & civili superpleri defectus solemnitas inducere solo iure humano, & in hoc, vel illo eventu præterit cum errore communis. Sicut ex non minus clara, quæm decantat Leg. Barbarius, ff. de Offic. Pretor. tradunt in variis materia Theologis morales. Quod spectat ad satisfactionem pro Missis celebratis à tali Sacerdote dubitante, videtur inihi, (att. Gobat numer. 441. circa finem,) omnino improbabile, debuisse, aut potuisse injungi restituere; quippe quæ non est necessaria facienda, seu imperata in dubio, quædum vel maximè hic locum habet Regula, & Axioma de meliore conditione possidentis sua bona, statimque libertatem. De hac re vide plura apud Gobat cit. Mihi non vacat omnia tibi exhibere.

82 Refp. III. Si conjux certò conperiat, suum Baptismum fuisse nullum, cadit in eam illud Apostoli 1. Corinth. 7. liberata est (à Lege viri) cui vult, nubat, tantum in Domino; Suppl. Theol. Sacramental.

enum Cælorum. Respondet enim, Christum tantum volsse, parvulos ratione & ceteris nihil habere malitia actua-
lis, quod eos excludat à Regno Cælorum, prout habent adul-
ti, quibus parvulos opponit. Adeo, quod tunc temporis
Baptismus nondum erat necessarius necessitate. Medio quod-
que à parvulis Judæorum sive fidelium, ad Christum per
se, vel per alios Offerebantibus (de quibus Christus
ibi loquebatur) Macula Originalis per Circumcisionem,
aut remedium Legis Naturæ, dudum erat ablata, aut cer-
te Christus insinuat, talium esse Regnum Cælorum; si ad
Christum venerint, ab eoque benedicti sint. Nec etiam ob-
stat, quod Apostolus 1. Cor. 7. filios fidelium appelleat San-
ctos dicens: *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fide-
lem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem:* Alioquin enim filii vestri immundi essent, nunc autem sancti
sunt. Respondet enim, Apostolum non velle, filios Par-
tentum, quorum unus saltem est fidelis, esse eo ipso Sanctos
vera Sanctitatem: cùm eodem modo dicat, conjugem infide-
lem esse sanctificatum per fidem, quod indubie etiam jux-
ta hæreticos nequit intelligi de vera sanctificatione. Vult
itaque solùm Apostolus, quod per mulierem, vel virum fi-
delem sit spes, ut vir, vel mulier infidelis convertantur ad
veram fidem, ac sic mediante justificatione sanctificantur,
sicut etiam sit spes, ut eorum filii baptizantur, & per
Baptismum sanctificantur, Christianeque, ac sancte edu-
centur. Ita Herinck disp. 7. de Baptismo qu. 1. n. 6.

*§. III. Baptismus est adulteris ad Justificationem, & salutem
necessarius necessitate mediis in Re, & vel saltem in Voto.*

33 **E**st certa de fide, ex Concilio Trident. sess. 6. de justifi-
catione, c. 4. dicente: *Quæ quidem Translatio (ab eo
statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statu gra-
tiae) post Evangelium promulgatum, sine lavacro regeneratio-
ne, aut ejus votu fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi
quis renatus fuerit ex Aqua, & Spiritu Sando, non potest
introire in Regnum DEI.* Ratio est: Quia Baptismus est in-
stitutus tamquam medium ad justificationem, & salutem,
& quidem non est aliud, nisi ipse in Re, aut in Voto: ergo
isto modo est necessarius necessitate mediis. Nec inde sequi-
tur etiam illa, quæ tantum sunt necessaria necessitate præ-
cepti, esse necessaria necessitate mediis, v.gr. Restitutionem,
eo quod fur v.gr. non possit justificari, nisi restituat rem
furto ablatam, sive in Re, sive in Voto. Non sequitur,
inquam, quia restitutio, & similia ex præcepto necessaria,
non sunt instituta in remedium peccati præteriti deletivum,
sed tantum sunt necessaria ad evitandum peccatum novum.
Vel tantum removent prohibens justificationem, non au-
tem influunt in illam, vel umquam ad illam re ipsa concur-
runt: prout Baptismus maximè concurrens re ipsa, in casu
autem, dum re ipsa suscipi non potest, & elicitor contritio,
concurrit in voto, sic tamen, ut postea sit adhibendus etiam
in Ordine ad peccata dimissa; sicut debet adhiberi Sacra-
mentum penitentiae, peccatis etiam per contritionem jam
deletis. Quare contritio respicit restitutionem, & similia,
tamquam præcepta, non tamquam media ad justificationem
instituta, Respicit autem Baptismum tamquam Votum
rei, quæ re ipsa est medium ad justificationem. Ubi tamen
notandum, non sufficere quodcumque votum Baptismi:
qui enim simpliciter desideraret Baptismum, non id est justi-
ficaretur abfque Sacramenta re ipsa suscepere. Intelligitur
itaque votum sive desiderium Baptismi conjunctum, seu
potius contentum, in amore DEI super omnia, vel in con-
tritione perfecta, vel in Martyrio, & sufficiente ad illud
dispositione eidem conjuncta. Communis cum Herinck disp.
7. q. 1. n. 9. de quo plura in sectione sequenti.

§. IV. Quibus etiam est Necessarius necessitate Præcepti.

34 **B**aptismum adulteris ad justificationem, & salutem etiam
esse necessarium necessitate præcepti, patet ex Math.
ult. cuncte omnes gentes, baptizantes eos, &c. ubi
Apostolis datur Præceptum baptizandi, & ex consequenti
alius Præceptum suscipiendo Baptismum. Patet etiam ex
verbis Christi, Joan. 3. nisi quis renatus fuerit, &c. Ex
quibus colligi Concilium Trident. cit. Justificationem non
possit fieri sine Baptismo, aut ejus voto, quod tamen est
falsum; posset enim fieri per contritionem perfectam; quæ
non est votum Baptismi, si Baptismus non est præcep-
tus. Non præcipitur autem solùm Baptismus indirecte,
quatenus videlicet præcipitur finis, ad quem est medium
necessarium in Re, vel in Voto, sed etiam præcipitur direc-
tæ in se ad eam, ut quamvis finis non est præceptus; aut Ju-
stificatione jam est obtenta, euidem maneret obligatio su-
scipiendo Baptismum; ut patet in iis, qui tempore Chri-

sti justificationem acceperant sine ulla obligatione, aut re-
spectu ad Baptismum, qui tunc necdum erat præceptus,
sed paulò post. His enim non erat necessaria Baptismi su-
ceptio in Re, vel in Voto in ordine ad justificationem,
sed solùm ad evitandum novum peccatum utique pro-
pter obligationem suscipiendo Baptismum, ortam ex gene-
rali præcepto Christi. Ex quo sequitur I. Adultum etiam
justificatum, in periculo mortis constitutum, teneri abs-
que dilatione suscipere Baptismum: Cùm enim illum se-
mel in vita teneatur suscipere, & per eundem in Ec-
clesiam introire, sequitur, vel tunc factem obligari ad
susceptionem illius. II. Adultum sufficienter instrui non
posse diu Baptismum differre. Ita communis DD. apud
Herinck cit. num. 10. Ratio est; quia tenetur, dum com-
modè potest, intrare in Ecclesiam, & fieri membrum my-
stici Corporis Christi, seu Ecclesie, quod non nisi per
Baptismum fieri potest. III. Sequitur Beatissimam Virgi-
nem Mariam, quamvis ab omni Originali, & persona-
li peccato immunem, & multò magis Apostolos, quantu-
vis per Circumcisionem ab Originali mundatos, nihilomi-
nis debuisse suscipere Baptismum, ut nempe per illum in-
trarent Ecclesiam Christi, & per ejus Characterem ferent
capaces aliorum Sacramentorum; ad quem proinde reci-
piendum post passionem Christi, suffient obligati, nisi
eundem ab ipsis Christi Divina manu jam ante passio-
nem receperint, ut docet communis DD. Sententia.

Potes, *An sit præceptum baptizandi parvulos?* Resp. In 35
probabilis mortis periculo est præceptum; tum Generale
charitatis, quo obligamus succurrere proximo in tam gra-
vi præsertim necessitate spirituali constituto, tum pietatis,
quo parentes tenentur providere prolibus de necessariis
ad salutem, quantum possunt, tum justitiae, quo
Pastores obligantur subditis ministrare Sacra menta tem-
pore opporteno, maxime, cùm inde pendet æterna co-
rum salus. Alijs non est præceptum naturale, aut Divi-
num baptizandi parvulos. Quamvis sit præceptum Ecclesi-
sticum consuetudine introductum, graviter juxta Doctores
unanimiter obligans Pastores, & Parentes, ut non diffe-
rent notabiliter Baptismum Parvulorum ultra tempus,
quod spectatis circumstantis prudenter censebitur oppor-
tunum, ut monet etiam Paulus V. in Rituall Romano,
id est ex diuturniori dilatione nasci solet scandalum in
populo, quod etiam signum est obligationis, aut cere-
sub obligatione cavendum est. Ita Herinck disp. 6. de Bap-
tismo, quest. 2. num. 24.

QUÆSTIO II.

De Effectu Baptismi.

SUMMARIUM.

- 87 *Primus Baptismi effectus est gratia sanctificans, &
Character.*
88 *Secundus est remissio omnis culpa Originalis, &
personalis ante Baptismum commissa.*
89 *Et 90. Et omnis penæ propriæ dictæ pro culpis debite.*
91 *Non tamen Penalitatum hujus vite.*

ASSERTIO II.

*Effectus Baptismi primus est gratia sanctificans prima, 36
cum jure ad gratias actuales suo tempore dandas, &
character; Secundus est remissio omnis culpa Originalis, &
Personalis ante Baptismum commissa; Tertius est remissio
omnis penæ propriæ dictæ pro culpa debite, non tamen
Penalitatum hujus vite. Est certa.*

§. I. Primus Baptismi Effectus est Gratia San- ctificans, & Character.

*Effectus Sacramenti Baptismi primus, esse gratiam 37
sanctificantem primam, atque unâ cum hac infundi
habitus supernaturales virtutum Theologicarum, fidei,
spei, & charitatis, quippe in fieri inseparabilium à grati-
a sanctificantem, conlata ex dictis à P. Sporer, Theol. Sa-
crament. part. 1. cap. 1. sect. 3. nu. 42. Item præter gratiam
habitualium Baptismum conferre gratias actuales speciales
per modum regenerationis spiritualis, constat ex eodem
P. Patritio Sporer cit. num. 44. patebitque adhuc magis §.
seq. ubi dicimus, Baptismi effectum esse Remissionem cul-
pæ Originalis, & Personalis, quæ sine infusione gratia
sanctificantis fieri non potest. Similiter Baptismi effectum
esse Characterem, constat ex P. Sporer cit. sect. 4. nu. 55.
quo*

Cap. I. Sect. III. De Bapt. Necessitate &c.

199

quo Lectorem remittimus. Unum addo ex P. Herinck dis-
put. 4. de Sacramentorum effectu, qu. 6. num. 67. verisimile
esse, etiam remedium Legis Naturæ, & Circumcisionem
impressum Characterem, quod videtur insinuare Doctor no-
strorū subtilis in 4. dist. 6. qu. 9. Ratio est: quia erant Janus
Salutis in suo statu, & Lege, & distinguunt familiam
DEI, & Messia, hec Baptismus in Nova Lege; item
conferebant gratiam sanctificantem, ergo etiam Characterem.
Quare, quando Circumcisus fuit baptizatus, per Baptis-
mum Characterem Circumcisus, vel fuit magis persecutus,
vel omnino novus diversæ rationis Character fuit im-
pressus. Idem de remedio Legis Naturæ dicendum vi-
detur.

*§. II. Secundus baptismi Effectus est Remissio omnis culpæ
Originalis, & Personalis ante Baptismum commissa.*

88 *Ita expressè definit Concilium Florentinum, in Decreto
Unionis. Idem Tridentinum sess. 5. in Decreto de peccato
Originali, & sess. 14. c. 2. docet, per Baptismum Christum
inductus, non a prorsus efficaciter Creatura, plena, & in-
tegram peccatorum omnium remissionem consequentes. Patet
ex S. Scriptura: Ad Timum 3. Ialvos nos fecit per Lava-
crum regenerationem. Ad Rom. 8. nihil damnationis est ita,
qui sunt in Christo JESU, scilicet per Baptismum. Abto-
rum 2. Monet S. Petrus, ut baptizetur unusquisque in re-
missione peccatorum. Cui coronat symbolum Constanti-
nopolitanum generaliter dicens: Confiteor unum Baptisma in
remissionem peccatorum. Hoc tamen est intelligendum per se
scilicet, quando non ponitur obex; si enim de aliquo pec-
cato mortali non adesset dolor debitus, nullum omnino
remitteretur: cùm unum peccatum mortale non remittatur
sine alio. Similiter, si de aliquo veniali non adsit sufficiens
displicientia, ceteris remissis, hoc non dimittetur per Bap-
tismum, nisi postmodum ablato obice ad hunc effectum revi-
viscat. Obserendum tamen, quod, dum Baptismus re-
viviscait ad remittendum mortalia, conferatur gratia san-
ctificans Sacramenti, ut ipso ante non collata. Quando
autem reviviscait ad sola venialia remittenda, quæ ante non
erant retractata, gratia Sacramenti fuit collata in susceptio-
ne, venialia vero ista remittuntur abfque collatione nova
gratiae, intuitu Sacramenti præcedentis, seu gratiae Sacra-
mentalium prius collata, quamquam per accidens simul co-
mitetur infusio gratiae correspondentis retractationi ipsi,
tamquam operi bono Hominis iusti, & merito ex opere
operantis. Herinck disp. 7. de Baptismo qu. 2. n. 15.*

*§. III. Tertius Baptismi Effectus est Remissio omnis
penæ propriæ dictæ pro culpis debite.*

89 *Pro quo sciendum, in Hominibus lapsis, esse quosdam
defectus ex ipsa natura oriundos, qui etiam forent in
homine condito in statu puræ naturæ, quantum ad sub-
stantiam, & imperfectionem. Hujusmodi sunt passio Cor-
poris, dolores, ægritudines, fames, fomes, appetitus sen-
siti, mors, &c. quibus quia sponte erant per Justi-
tiam originalem, & in homine lapso revixerunt, amitta-
per peccatum Justitia originali; id est non censemur in ip-
so merè naturales, sed penales, & vocantur à Theologis
Penalitates. Alii sunt defectus, qui ab extrinseco per
DEUM Homini infliguntur ad satisfaciendum Justitiae
Vindicativæ, sic ut nullum in ipsa Natura hominis ha-
beant fundamentum, verbi gratia tormenta inferni, pen-
alis Purgatori &c. Ehi sunt penæ propriæ, & stricte di-
cta. Hoc notato:*

Dicimus Baptismum cum culpa simul remittere omnem

*90 penæ propriæ dictam. Patet ex Concilio Florent. supradicto: ubi ait: Hujus Sacramenti Effectus, est remissio omnis penæ, quæ pro ipsa culpa debetur. Propteræ baptiza-
tis nulla pro peccatis præteritis injungenda est satisfa-
cio, sed morientes, antequam culpam aliquam commit-
tant, statim ad Regnum Cælorum, & DEI visionem per-
veniunt. Similiter habet Concilium Trident. sess. 5. Can. 5.
ubi de baptizatis ait: *Innocentes, immaculati, puri, innoxii,*
ac DEO dilecti effecti sunt --- ita ut nihil prorsus eos ab ingressu
Cœli remoretur; indubio autem eos aliquid remoretur, si
aliquis penæ per se debito remanerent, & seq. 6. c. 14. docet,
penæ temporalis non totam semper, ut in
Baptismo sit dimitti accidentibus ad Sacramentum Penitentie.
Veritas hujus patet etiam ex traditione Ecclesie, quæ bap-
tizatis non quan, confessis vero semper injunxit opera sa-
tisfactoria, indubio quia credebat, baptizatos ob remissio-
nem omnis penæ, nulla satisfactione indigere, sicut Con-
fessi indigent. Accedit congruentia, quod in Baptismo sat
prima condonatio, quæ solet esse liberalior.*

Suppl. Theol. Sacramental.

§. IV. Non tamen Penalitatum hujus Vitæ.

*N*am Baptismum non auferre penalitates hujus vitæ, 91
nimis certum est per experientiam; morimus enim
omnes, ac fomitem peccati, eti per gratiam Baptismi non
nihil minatur, inviti sentimus, variisque hujus calamita-
tibus in dies subiecti. Cuju rei varia à SS. Patribus
assignantur rationes. Prima, ut penalitates patienter
tolerando, habemus materiam meriti, exercenda virtu-
tis: Nam juxta Apostolum 2. Cor. 12. Virtus in infirmi-
tate perficitur. Secunda, ut ex nostra Naturæ subjectio-
ne, ac dejectione profundi humilitatem, & appareret,
quantum Divina Gratia indigamus. Tertia, ut homo cir-
cumferendo lapsus sui testimonium magis agnosceret bene-
ficium Redemptoris. Vide D. Thomam qæs. 69. art. 3.
et Suarez ibidem in Commentario.

QUÆSTIO III.

De Ceremoniis Baptismi.

SUMMARIUM.

*93 Baptismus aliis est solemnis, aliis non solemnis, seu
Privatus.*

94 Ceremonia Baptismum præcedentes recensentur.

95 Item concomitantes, & subsequentes.

96 Quid observandum in impositione Nominis?

*97 Omnis Ceremoniarum Baptismi est ex genere suo pecca-
tum mortale, scut etiam.*

98 Baptizare extra Ecclesiam est mortale.

*99 Ceremonia in Privato Baptismo omissa per se loquendo
potest sunt supplenda.*

ASSERTIO III.

*Ceremonia Baptismi, alia ipsum præcedunt, alia con- 92
comitantur, alia subsequuntur: quas omittere, ex-
tra casum necessitatis, est peccatum mortale ex genere
suo; scut etiam mortale est, non urgente necessitate bapti-
zare extra Ecclesiam. Ceremonia omissa in Baptismo pri-
vato postea sunt supplenda. Communis DD.*

§. I. Ceremonia Baptismi.

*I. Baptismus aliis est solemnis, aliis non solemnis, seu 93
privatus. Solemnis definitur à P. Gobat tr. de Baptis-
mo, cap. 16. n. 487, quod sit ille, qui confertur quocumque
loco cum ritibus, & Ceremoniis posterioribus præscriptis
ab Ecclesia. Non solemnis, vel privatus est, qui non con-
fertur cum Ceremoniis ab Ecclesia præscriptis. Ratio est:
Quia Baptismus dicitur solemnis à solemnitatibus, solemnitatis
autem sunt ipsi Ritus, & Ceremonia, ut videatur est
apud D. Thomam q. 66. art. 10. atque obviis Theologos. Li-
cet autem locus sacer, seu Ecclesia, etiam annumeretur so-
lemnitatibus, ut singulariter exprimit Palau, reliqua ta-
men Ceremonia sunt posteriores, & proinde denominatio fa-
cienda est ab iis. Baptismus non solemnis, seu privatus,
semper conferti potest, quando instat periculum mortis bap-
tizandi; solemnis autem Baptismus olim duobus tantum an-
nisi temporibus, scilicet in Paschate, & Pentecoste, conser-
vi consueverat adulteris, quibus diebus aqua fontis Baptisma-
lis ritè consecratur. Dicitum est: *Adulteris; nam parvulus
Romana Ecclesia Baptismum omni tempore conferebat.*
Herinck disp. 7. de Baptismo, qu. 3. num. 20.*

*II. Ceremonia Baptismi nihil aliud sunt, quam actus ex 94
terni Religionis ad DEUM colendum, & ad majori cum
reverentia administrandum Baptismi Sacramentum Ordina-
ti ab Ecclesia; & ex his aliquæ sunt Universales; statu-
tæ nimis à Papa pro omniis Ecclesiis: Aliæ vero sunt
particulares, institutæ videlicet ab Episcopo pro una Dio-
cesi, & has servanda sunt Universales. Ceremonia, quæ
Baptismum præcedunt, tum in adulteris, tum in parvulis,
sunt sequentes: Prima est peccatio in Ecclesiam, quam faciunt
illi, qui cupiunt baptizari, & voc*